



## **Crisis Theologica**

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,  
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi  
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

**Casnedi, Carlo Antonio**

**Ulyssipone, 1711**

Sectio Sexta. Alia de Doctore Theologo ex P. Elizalda, ejusque  
contradictiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84783](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84783)

probabiliter veritatem; nego; & inveniendi evidenter, concedo coniequentiam; nego tamen consequentis suppositam; supponit enim arguens nos nullam sequi posse veritatem, nec operari, nisi detur evidentia directa de honestate objecti, & operationis, quod est falsum, alias sub errore invincibili non possemus licite operari.

N. Dices ex eodem 3. p. lib. 8. qu. 4. §. 2. & qu. 5. §. 8. quod sicut veritatibus fidei inveniuntur signa, & notæ, quibus ab omnibus inveniri, & discerni possunt, ita etiam veritatibus moralibus. Sed contra; quia sicut non omni veritati fidei, sed illis tantum, quas Deus certo revelavit, insunt illæ notæ, ut constat ex opinionibus in materiâ fidei inter T. T. contraversis; ita idem dico in materiâ morum, cujus aliquæ veritates sunt certæ, præcipue quando operatio moralis nititur veritati creditæ; ex. gr. honestum est Christum adorare, & imitari, & colere Sanctos, quæ, & aliæ similes facillè constant mediâtè, aut immediâtè ex veritatibus fidei revelatis, & creditis; aliq̄ verò, quia remotissimæ à principijs morum, sunt valde occultæ. Immo hoc ipsum P. Eliz. negare non potuit, nam lib. 8. qu. 6. §. 8. per totum, à pag. 132. aperte asserit, quod doctrina sacra speculativa, & moralis potuit successu temporis crescere: ergo falsum est, quod perpetuas sit necessaria cuilibet doctrinæ morum, seu cuilibet opinioni morali.

N. Arguit 8. lib. 8. qu. 7. §. 1. pag. 136. Omnis morum doctrina salutis æternæ necessaria fuit perpetua in Ecclesiâ Dei, licet vera fides; sed Probabilismus non est talis; ergo non est doctrina morum, nec scientia salutis æternæ necessaria. Minorem probat; quia affirmans perpetuitatem Probabilismi tenetur eam probare.

N. Sed contra, tum quia eam probavimus d. 11. autoritate, ratione, & praxi perpetuâ; tum quia probat P. Eliz. suę sententiæ antiquitatem; tum quia doctrina morum debet esse perpetua quoad prima principia, & conclusiones eis proximas, non quoad remotissimas, & quoad singulas, ut patet in ipsâ fidei materiâ.

N. Dices ex P. Eliz. lib. 8. qu. 11. §. 9. pag. 184. Ex opinionibus probabilibus inter se oppositis media saltem pars est falsa; ergo media saltem pars est legi Dei contraria. Sed contra, tum quia hoc idem dici potest de Doctoribus, & Cathedris inter se oppositis; tum quia licet media pars in re, seu materialiter opponatur, nulla tamen, si certò probabilis sit, opponitur formaliter; immò quanquam materialiter opponatur, determinatè nesci-

Tom. II.

mus; & licet indeterminatè sciamus alterutram esse falsam, scimus tamen, quòd quilibet certò probabiliter dicat verum.

S E C T I O VI.

Alia de Doctore Theologo ex P. Elizalda, ejusque contradictiones.

§. I.

Refertur, & refellitur doctrina P. Elizalda.

S U M M A R I U M.

Ait duplicem esse suitatem doctrinæ, aliam antecedentem, quâ quis doctrinam, quia suam, dicit veram, & hæc mala est; aliam consequentem, quâ quis doctrinam, quia veram, facit suam, & hæc bona est, n. 211.

Contradictio, n. 212.

Probabilista in quo differat ab Academicis? ibid.

Ait divisionem Scholarum ortam ex suitate antecedenti esse malam, n. 213.

Ait cum tantum ex contradicentibus esse sapientem, qui dicit verum, n. 214.

Ostendo frequentem inter SS. PP. in materiâ fidei, & morum incertâ contrarietatem, n. 215.

Laudatur Scotus, ibid.

Alia Celladei contradictio, ibid.

Si SS. PP. Summas Morales edidissent, sicut res fidei incertæ exposuere, non minor foret inter eos oppositio, ibid.

Ex Scholarum, & Doctorum contrarietate clare inferitur, quòd veritas, ut est in se, non sit ab omnibus invenibilis, n. 217.

Si sapientia fundatur unice in veritate, ut idiotæ Sapientes inveniat, inveniendâ prius ab eo erit veritas, n. 218. 219.

Confundit sapientiam, & prudentiam cum veritate: unde illa sumantur? ibid.

Non nisi lasâ modestiâ dici potest, quòd unus tantum è contradicentibus sit sapiens, ibid.

**H**Ac occasione præterire non possum N. quæ P. Eliz. 2. p. lib. 6. qu. 11. & se- 211. quentibus, singularia, & contradictoria tradit de Doctore Theologo.

Ait igitur 1. qu. 11. §. 1. pag. mibi 234. duplicem dari suitatem doctrinæ; una antecedens veritatem, quâ quis doctrinam, quia sua est, dicit veram; alia est consequens veritatem, quâ quis doctrinam, quia vera est, facit suam. Suitas consequens (inquit §. 2.) est bona, & obligatoria: suitas antecedens, est turpis, & illicita. Ratio est; quia quilibet rogatus, cur aliquam doctrinam defendat, num quia vera, num quia sua; respondet, quia vera, & ideo quia vera est, fecit suam; Pp iij rogatus

rogatus iterum, num apud se sit probabilitas, & apud Adversarios veritas, negat; & sua vera, contraria falsa, et si probabilia dicit: ergo omnes ostendunt turpem esse fuitatem antecedentem; & bonam, & obligatoriam consequentem; quæ omnia fute prolequitur per quinque §§. & citat §. 5. pag. 241. verba S. Augustini lib. 2. contra Academ. cap. 4. ad Romanum, dicentis: *Sed nunc ambobus dico: Cavete, ne quid nos nosse arbitremini, nisi quod ita didiceritis, saltem ut nostris, unum, duo, tria, quatuor simul collecta in summâ fieri decem. Sed item cavete, ne vos in Philosophiâ* (de Morali tractat, ait P. Eliz.) *veritatem, aut non cognituros, aut nullo modo ita posse cognosci, arbitremini. Nam mihi; aut potius illi credite, qui ait, Querite, & inveniatis, nec cognitionem desperandam esse, & manifestiorem futuram quam sunt isti numeri.* H. c. S. Aug. post quæ subdit P. Eliz. *Nobis certe indubitatum est plurima ita certissime sciri posse de materiâ morali; si Evangelica, & Apostolica principia admittantur, & teneantur, atque ex eis morum scientia contextatur, etsi postea in singularibus, & circumstantiis totalis ista certitudo non adstet; & paucis interpolatis, loquendo de sententiâ asserente licere usum probabilis tatis, hæc habet: Nobis tam certo falsa est, ac certum est numeros illos esse in summâ decem, pridemque cum Aug. iurejurando affirmavimus, nescire nos prorsus quomodo quidquam sit peccatum, si quisque id agendo, quod probabile videtur, non peccat.*

S Aug.

N.

212.

P. Eliz

In his ecce 1. argumentum ad hominem, quo sequitur licere omne extremum contradictorium, quod tamen alibi negat; ita enim arguo: Quilibet dicit apud se veritatem, & apud oppositos falsitatem: ergo etiam contradicentes dicent apud se esse veritatem, & apud illos esse falsitatem: ergo quilibet dicit apud se verum: ergo licitum erit utrumque contradictorium. Ecce 2. Si quilibet dicit suam sententiam esse veram, & oppositam falsam, vel dicit evidenter; & hoc esset temerarium; vel dicit esse probabiliter, aut probabilius veram, & sic cuilibet licebit id, quod est sibi probabiliter verum. Ecce 3. Si in singularibus, & circumstantiis, ut dicit, *totalis certitudo non adstet*; ergo in pluribus non adstet nisi probabilitas: ergo malè rejicit, & sibi contradicit negando omnem probabilitatem. Ecce 4. confundit nostrum probabile, & nostram doctrinam cum probabilis, & doctrinâ Academicorum: Academici dicebant nil certum dari, sed omnia esse probabilia; Nos dicimus plurima dari certa, ut sunt omnia in Scripturâ revelata, & à Concilijs, & Pontificibus definita; necnon omnia, quæ proximè accedunt ad veritates

revelatas, & definitas, five in materia fidei, five in materia morum, & plurima etiam dari incerta, ut idem P. Eliz. fatetur: ergo immeritò nos commiseret Academicis; hoc tamen est familiare illi: ut enim errorem nostrum insitum opinioni probabilis confundit cum errore Atheistarum, & Hæreticorum; ita probabile nostrum cum probabili Academicorum.

Accedit P. Eliz. ad qu. 12. & in ea dicit, esse graviter malam omnem divisionem Scholarum ortam a fuitate antecedenti, sanctissimam autem, quæ oritur ex fuitate consequenti: deinde §. 1. pag. 243. ait 1. in his, quæ ad fidem, & bonos mores pertinent, nullas, vel rarissimas exitum inter SS. PP. contrarietates immo si aliqua fuit, brevi suppressa est: Secundo petit a nobis, ut eas proferamus: 3. ait §. 2. loquens de Scholis inter se oppositis: Factis etiam suis omnibus Scholæ singulæ hoc loquuntur, nam singulæ non aliud agunt, quam probare sua esse vera, & falsa contraria. Omnibus ergo suis disputationibus hoc loquuntur, se scilicet Scholæ contrariæ esse contrarios, quia sua vera sunt, falsa autem, quæ illa defendit: ergo conclusio posita (quod veritas antecedens sit peccatum) concordat confessioni publicæ, & fidei Scholarum omnium. Reverâ tamen non nisi uni Scholæ in singulis illa favet; nam una sola in singulis veritatem tuetur; maxime verò ei favet, quæ vel semper, vel saltem plerumque verum defendit; quæ protecto, (N.B.) quæcumque demum illa erit, quod dijudicare nostrum non est, & Ecclesiæ, & regnis, & omnibus, non tam utilissima, quam necessarissima est. Hæc P. Eliz. Quarto ait §. 4. suam mentem patere ex Apostolo ad Corin. 13. *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollonis, ego verè Cephe, ego autem Christi;* quæ omnia §. 5. exaggerat ostendens eo textu improbandas divisiones, & contentiones etiam Catholicorum; quæ iterum repetit §. 6. eaque omittit, attamen §. 7. volens occurrere objectioni, quod plurimi sapientes sequuntur probabilis, & quod plurimi probabilis sapientum iudicio contenti sunt, pag. 251. ait: *Quidam valde ad manum, & obvios, frequentesque habent ubique sapientes, & prudentes, cum, ut diximus, illis inventis nihil jam superstiti disputandum; nam ratio omnis, & jus clamat, sapientibus, & prudentibus esse plane credendam: hoc opus, hic labor est, sapientes hosce, & prudentes invenire; in quo nobis duo sunt evidentiissima: alterum, nisi inventa veritate, sapientem non inveniri; & invento sapiente, inventam jam esse veritatem; isti autem homines volunt, veritatem inveniri non posse; sapientes verò negant.*

gatim ubique adesse. Alterum est, ex dissentientibus inter se, alterutros saltem in quo assentiant non esse sapientes. Hæc P. Eliz.

N. In his ecce 1. eum, qui SS. Patres ubique spirat, dicere, inter SS. Patres vix aliquam in materia fidei, aut morum fuisse contrarietatem, & si qua fuit, brevi extinctam fuisse, & à nobis petit, ut eas afferamus. Sed revera petit lucem in meridie. Fateor, quod quoad materiam fidei, & morum aperte revelatam, nulla fuerit; & quidem non parum do, hoc fatendo; scio enim me alibi d. 11. n. 20. ex solo S. Aug. circa adulterium plura dedisse, de quibus dubitavi; at totum do; & dico, quod quoad dubie expressa multiplex fuerit. Lege, si placet, opus sex dierum P. Suar. immo solos Genesios Interpretes; quod si hoc arduum est, legito P. Maldonatum in Evangelio, & videbis valde frequenter SS. PP. in rebus dubijs invicem contrarios. Quod si hoc quoque agrè feras, legito Scholasticos, eorumque Principes contradicentes, nempe S. Thomam, & Scotum, de quo P. Eliz. pag. 256. scribit: Mirantur certe, & jure merito mirantur omnes ingenij Scoti magnitudinem, qui tantillâ ætate tantis de rebus adeo copiose subtiliterque disputaverit, tot volumina conscripserit, & quod summum est, tantâ doctrinæ autoritatique copiâ illustraverit; & verè prodigij ad instar res est. Hæc P. Eliz. Legito, inquam, S. Thom. & Scotum, & eorum Scholas contradicentes, & patebit quot, & quanta quilibet proferant ex SS. PP. & ex revelatis, pro opposita sententiâ, & hæc quoad materiam fidei, ut constat ex solo tract. de Deo, & de Incarn. Immo, ne longius abeam, ipse P. Eliz. 2. p. qu. 16. §. 9. cum sibi objecisset etiam circa revelata, diversam esse Sanctorum mentem, & interpretationem, immò tot esse, quot sunt contrariæ opiniones fidei, & morum, tandem pag. 314. l. c. ait: In Scripturis sunt alia, quæ ad perfectissimam fidem, vitamque sanctissimam necessaria sunt, & sufficient; atque hæc jam certo, jam probabiliter, nullo vel raro erroris periculo sciri possunt modo dicto; alia sunt non ita necessaria, quæ ignorari, nihil conscientijs Doctores, & Fidelium obicit; atque de primis nostre quæstiones sunt. Hæc P. Eliz. qui quantum recesserat, tantum modo nobis accedit.

N. Non minor autem est contradictio SS. Patrum in materia morum dubia, qualem dicimus inter S. Hieronymum, & S. Aug. Ang. an simulatio sit licita, inter hunc, & S. Cyr. an rebaptizandi essent Infidelium filij, immò in factis, quorum mentionem

facit Scriptura; aliqui enim sentiant, quod David numerando populum mortaliter peccavit, alij negant; aliqui Sanfonem liberant a mortali, dum se occidit, alij non liberant, & sic de alijs. Quod si tam aperta inter SS. Patres non fuit in materia morum contrarietas, est, quia præcipuus eorum labor fuit in stabiliendâ materia fidei, quæ est radix bonorum operû moralium. Imo si SS. Patres Summas Morales edidissent, & dubia moralia explanassent, puto non minus in dubiorum moralium resolutione, quam in materiâ incertâ fidei inter se dissenturos.

Ecce 2. dum §. 2. ait omnes Scholas inter se oppositas in hoc unum incumbere, ut verum sequantur, verum dicit, & hoc ipsum nos ubique dicimus; attamen hoc opus, hic labor, quænam Schola sit, quæ verum dicat. Amabo autem ut P. Eliz. hoc manifestet; at se excusat, & rectè, dicendo nostrum non est hoc judicare. Vel igitur Adversarius, dum nos obligat ad verum, non obligat nisi ad id quod nobis videtur verum; & hoc verum est; & huic suademus, & paremus omnes etiam dum probabilia docemus: vel obligat nos ad id quod in se est verum, hoc autem est impossibile; quicumque enim Doctor asserit, ut sibi videtur; & Doctorum contrarietas est argumentum evidens, impossibile esse veritatem ut in se inesse omnibus; & dum exemplo suo P. Eliz. dicit, non esse suum decidere, quænam ex Scholis contrarijs verum dicat, ostendit non tantum esse impossibile scire veritatem, sed esse temerarium quodcumque asseratur, nam non nisi probabiliter asseretur, adeoque à Contrarijs illud probabiliter negari poterit.

Ecce 3. ait 1. quod invento sapiente nil amplius quærendum est, cum jus, & ratio clamet sapientibus, & prudentibus esse planè credendum. Ait 2. magno opus esse labore, ut vir sapiens, & prudens inveniat. Ait 3. sapientem non inveniri, nisi inventâ veritate. Ait 4. invento sapiente inventam esse veritatem. Ait 5. nos dicere sapientes facile inveniri, & difficulter veritatem. Ait 6. alterutrum ex dissentientibus non esse sapientem. Sed contra 1. quia si sapientia non invenitur, nisi inventâ veritate, sequitur, quod ut idiota inveniat sapientem, debeat prius invenire veritatem; hoc autem & est impossibile illi idiotæ; & ille idiota non esset idiota, nec amplius opus haberet sapiente. Contra 2. quia manifestum circumloquitur, quod dum ait sapientem non inveniri nisi inventâ veritate; nec inveniri veritatem, nisi invento sapiente. Contra 3. quia sapientiam, & prudentiam cum veritate confundit, & ideo

N. 217.  
P. Eliz.  
N. 218.  
N. 219.  
ait

ait, invento sapiente inventam veritatem. At quis non videat hallucinationem? non enim sapientia practica, & prudentia practica sumitur à veritate logica, sed à veritate practica, ut saepe dixi, quæ potest utrique contradicenti convenire. Hinc S. Thomam, & S. Bonav. etiam dum tibi contradicunt, sapientissimos dicimus, esto unus tantum verum logicum dicat. Contra 4. quia si sapiens non invenitur nisi inventa veritate, superflua est post veritatis inventionem inventio sapientis, immò tantum abest, ut sapiens non inveniatur, nisi post inventam veritatem, quinimmò, ut veritatem inveniamus, studemus, & adimus sapientes. Contra 5. quia non nisi læsa modestia dici potest alterutrum è contradicentibus nõ esse sapientem, ut patet in S. Aug. & S. Hieron. in S. Thoma, & S. Bonav. tibi disidentibus, qui omnes eximie sapientiæ dono ab Ecclesia commendantur. Parcendum autem dum P. Eliz. hoc dixit, qui enim sapientiam, prudentiam, & doctrinam cum veritate confundit, hoc dicere debuit, etsi, ne illud diceret, debuisset eas inter se distinguere.

## §. II.

*Quos, & quales, juxta P. Eliz. aulam, teneamur sequi Doctores.*

## SUMMARIUM.

*Negat suam sententiam contrariarum Cathedralium erectioni opponi, n. 220.*

*Ait earum finem esse veritatem: & quòd falsa Scholarum valde differant à falsis Hereticorum, ibid.*

*Qualiter, juxta P. Eliz. aliquis obligari possit ad unius Doctores doctrinam? n. 221.*

*Negat iniri posse votum sequendi doctrinam judicatam falsam, quamvis putetur probabilis, ibid.*

*Ait, quòd quilibet etiam idiota absque directo Theologia studio discernere possit, qui Doctor serò semper verum dixerit, n. 222.*

*Ait, nos tunc sequi posse quemlibet Ecclesie Doctorem, immò quemlibet, cujus auctoritate conclusiones probamus, n. 223.*

*Ait, quòd per obligationem veritatis coerceatur opinandi libertas: & quòd probabilitas non sit magis Christus, quam non Christus: nec sit Evangelij regula, que est, Est, Est: & quòd Theologia Moralis Professores obligandi essent ad aliquem Doctorem, n. 224.*

N. Descendit ad quest. 13. in qua quærit, an sua doctrina Cathedralium Contrariarum erectioni contrarietur; & §. I. trahit

contra se argumenta, quorum summa ad hoc reducitur, quia Regna, & Ecclesia erigendo has Cathedras inter se oppositas, ad quarum doctrinas oppositas multi obligantur voto, & juramento, eaque insignibus privilegijs, & stipendijs dotarunt, videtur eo ipso utrique approbasse: ergo non est malum doctrinas inter se oppositas docere. Deinde §. 3. procedens ad manifestandum Cathedralium contrariarum finem, ait, finem esse, ut ipsa Theologia melius, & facilius comparatur, nec finis est contrarietas, sed veritas, & sapientia: & pag. 255. ait, ad istam igitur doctrinarum omnium universaliorem cognitionem, & copiam, atque instar illas delictum faciendo, & sic errandū minus, Cathedra contrariæ erectæ sunt: & pag. 256. ait: *Procul cerio absunt falsa Scholarum a falsis Hereticorum, nec tamen ideo esse falsa æstimantur; sic permittuntur falsa, ut veritatis auctores ad maius studium provocentur. Post hæc opponit sibi: Ergo contrariarum Cathedralium Doctores peccant, quando Preceptorum suorum placita sibi falsa sunt, prosequuntur, atque adeo tenebuntur ad vera: & negat consequentiam, quia ea, que quis in Cathedra Durandi tradit, non tamquam sua, sed tamquam Durandi consignat; nec sua ea facere debet, nisi ubi vera esse invenerit; & sic aliquando obligamur ad Antecessorum nostrarum, vel contrariæ Scholæ tuenda placita, nec tamen fallimus, scit enim Schola, ea nostra non esse, nec tradi ut vera, sed tamquam aliena.*

In §. 4. ait dupliciter aliquem obligari posse ad unius Doctores doctrinam tuendam, 1. quin eam faciat suam, ut paulo ante dixit; & hic modus non est adeo usitatus, nec scrupulus abest; 2. ita ut quis eam doctrinam faciat suam, & hoc duplici conclusione exponit. Prima est: Nulla constitutione, aut juramento obligari possumus ad doctrinam alicujus Doctores cum prejudicio veritatis, id est, nullâ constitutione, aut juramento obligari possumus ad faciendam nostram, seu affirmandam, & negandam doctrinam alicujus Doctores, sive vera, sive falsa sit, quin constitutio esset prava, & juramentum sceleratum: (subdit) sed quid si probabilia sint, quæ affirmantur, & negantur? Respondit veritatem esse rem invictam, & ubique prevalere, nec satis esse, ut probabilem judicem, ad hoc ut jurem me eam secuturum. Secunda conclusio est: Ut quis constitutione, vel juramento obligetur ad doctrinam alicujus Doctores faciendam suam, scire debet, vel eam semper ac sine exceptione in omnibus esse veram; vel saltem eam serò semper esse veram, quia nisi hoc constiterit,

terit, facit suam, doctrinam Doctoris, five veram, five falsam, quod pravum est; ergo nullus potest constitutione, aut juramento facere suam, doctrinam alicujus Doctoris, five ut eam doceat, five ut eam tucatur, nisi ei constet illam, vel semper, vel saltem ferè semper esse veram.

Post hæc objicit sibi, Doctorem aliquem, ex. gr. S. Thomam, esse semper aut saltem ferè semper verum, vel constare debet examine, & discussione, vel aliorum fide? Non primum, quia examine, & exacta cognitione hoc non potest, nec quando dicit, nec quando docet; sed ad summum post plurimos annos, immodò ne vix quidem post eos, nisi sit prorsus ingenij. Non secundum, nempe testimonio aliorum, nam vel sunt ignorantes, & tunc dictum eorum non valet; vel sunt sectatores ejusdem Scholæ, & tunc manifestam exceptionem habent; vel sunt sectatores aliorum Doctorum, & hi aperte dicunt illum Doctorem non esse ferè semper verum; immodò proprium dicunt semper verum: ergo non datur modus, quo quis cum dicta cognitione, quod Doctor aliquis dicat plerumque verum, possit eundem Doctorem facere suum fuitate consequenti, & eidem cum juramento obligari. Huic respondet §. 5. pag. 258. quod sicut vera fides habet tales notas, quibus discerni possit à falsa; ita à pari sine directo ipsius Theologiæ studio talibus signis discerni potest, qui Doctor vel semper, vel ferè semper verus sit, & consequenter possit quis juramento ad eum sequendum obligari; adeo ut, inquit, etiam ignorantes discernere possint inter veros, & falsos DD.

Addit 1. ex S. Ecclesiæ judicio discerni à nobis veros DD. quos enim illa Doctorum Ecclesiæ albo inscripsit, hos tuto sequi possumus; hæc enim Ecclesiæ approbatio dat præsumptionem sentiendi saltem ferè semper eos dicere verum. Addit 2. se non discutere, an possit quis tuto sequi Doctorem alium, qui non sit Doctor Ecclesiæ; hoc necessarium est, ait, quod, ut quis aliquem Doctorem sequatur, non satis est, ut ipse reverè sit verus, & sapiens, sed necesse est, ut legitimo aliquo medio hoc constet. Addit 3. quod sequendo eos, quos Ecclesia donavit Doctoris titulo, quod idem est de alijs, quos ferè instar suorum Doctorum Ecclesia colit, ut SS. Irenæum, Cyprianum, Hilarium, ac similes, quos nostros faciendo, non est ubi erremus. Addit 4. pag. 259. adeo certum esse solum verum à nobis sequendum, ut quemlibet Doctorem deferere teneamur, ubi ab Ecclesiâ, quæ est veritatis Magistra, discedit.

Addit 5. probabilitatem ferè semper veritati annexam esse etiam regulam conscientia, cum onere tamen præferendi semper Ecclesiæ cuiuslibet Doctori. Addit 6. §. 6. ex dictis perspicue, & præctice haberi, licere Doctores omnes illos facere nostros, quorum autoritate conclusiones probamus: & pag. 260. ait: Licet ergo, sanctumque est, eos omnes Doctores sequi, & nostros facere, quorum autoritate in libris, in Academijs, in Concilijs conclusiones probamus: hi autem sunt S. Scriptura, Traditiones constantes, Concilia Generalia, Definitiones Ecclesiæ, Jus Canonicum, Concilia Provincialia, omnes Ecclesiæ DD. & SS. Patres; & postquam se commendavit, quod totum suum opus textat ubique per verum, insultat contra nos dicens: Sed Probabilistæ poterunt alium Catalogum retexere Doctorum probabilem, & æque probabilem, probabiliorum, & probabilissimorum sine ulla consideratione magis veri, quam falsi, quia ut §. 6. initio dixit, probabilitas est indifferens ad verum, & falsum. Nec hoc contentus, ut nostræ sententiæ invidiam erect, ait: Illud miramur, Probabilistæ velle eorum autoritatem valere pro resolutione omnium casuum conscientia, ac pro toto negotio salutis nostræ, quorum hominum autoritate, si vellent probare conclusionem quamlibet abjectissimam, ex. gr. materiam primam habere propriam existentiam, omnis Schola rideret. Hæc P. Eliz.

Demum §. 6. ad finem quærit iterum, an præter citatos à le pag. 260. colum. 1. & à me relatos in 6. additione Doctores, possimus citra examen facere nostros alios Doctores; & nil determinat, quia totum fundamentum, juxta D. Paulum, est Jesus Christus, qui est Veritas; unde concludit dicens: Superedificent quidem Probabilistæ super fundamentum probabilitatis, quod non magis Christus, quam non Christus est, seu non magis verum, quam falsum, nos planè eorum pace supra Christum veritatem superedificare admitemur, & probabilitatem (N.B.) quam vnumque veritatis experient, fallacem umbram, idolum, phantasma, incunctanter censuimus. His latissime per totam qu. 13. adductis, tandem §. 7. dicit in sua doctrinâ nullam sequi opinandi libertatem, sed frægnum, quia omnes ligantur ad veritatem, nec libertas ulla superest ad vera, vel falsa etiam probabilia, & quia omnes tenentur eos sequi Doctores, qui semper, vel ferè semper verum dicunt: & pag. 261. monet, quod multo magis Theologiæ Moralis Professores obligandi essent ad aliquem Doctorem, qui saltem ferè semper verum dicit; immodò ad Doctorem inferiorem, & nullam ipsius arbitrari licentiam relinquere. Denique §. 8.

N. 222. P. Eliz.

N. 223.

P. Eliz.

224.

M

§. 8.

§. 8. ait ineptiam esse credere, Sacram Theologiam esse propter exercitationem, quod præclare ostendit; sed iterum ad Probabilitatem revertens ait pag. 262. quòd si *fructibus cognoscenda sunt arbores, regula autem Evangelij est, Est, est, probabilitas ista bipes, de est, & non est, sequitur regulam probabilitatis non esse regulam Evangelij.*

## §. III.

*Multiplex allegata doctrina contradictio.*

## SUMMARIUM.

*Omnia evidenter retorquentur, & multiplex contradictio, à n. 225. ad 245.*

*Ut Theologia contradicentium Theologorum sit scientia, neesse non est, ut qualibet sit vera in re, sed satis, ut ex gravi ratione suo Patrono videatur vera, n. 227.*

*Ut quis juret se alicujus doctrinam secuturum, satis est, ut ei sit certo probabilis, n. 230.*

*Ad juramentum satis gravissima verosimilitudo, n. 231.*

*Alterutra è Scholis necessitabitur ad perjurium, si datur obligatio veri in re, n. 232. 233.*

*Ut sapiens inveniatur, neesse non est, ut prius veritas inveniatur, n. 234.*

*Hoc ipso quòd tuo omnem Ecclesie Doctorem sequi possum, veritas logica non est regula, n. 235.*

*Probabilitas statuenda pro regulà conscientie non potest esse, qua fere semper unitur vero, ut est in re, ib.*

*Inaniter Probabilistis, & Probabilioristis insultat, & gloriatur, se totum opus suum per verum texere, n. 236. 237.*

*Etsi probabilitas in genere eque cum vero, ac falso uniri possit, non tamen hac, aut illa in particulari, ib.*

*Christus D. est Veritas, tum speculativa, tum practica, n. 238.*

*Liberitas opinandi coerceri nequit per obligationem veri, ut est in re, n. 240.*

*Confundit regulam Evangelij, Est, est, ibid.*

*Infero evidenter sequi ex Celladei doctrinà, aliquem damnari posse sequendo Divum August. vel D. Thom. n. 242. 243.*

*Celladei in suo Opere, Ideas Platonicas secutus videtur, ib.*

*Divus Chrysost. damnans probabilitatem, locutus est de sermonis eloquentià contra fidem, n. 244.*

*Nos semper, vel directè, quoties veritas est certa; vel reflexe, quoties est incerta, sequimur verum, n. 245.*

N.

225. **E**X his, quæ totà qu. 13. trahit P. Elizald. P. Eliz. constat 1. argumentum ad hominem

contra eundem, immò ejusdem contradictio. Si enim sola veritas logica est regula, cum aliunde evidens sit duplici contradictoria opinioni, aut duplici Ecclesie Doctore contradicenti convenire non posse, quomodo Dei Ecclesia utrumque colit ut verum, & permittit, ut utraque contradictoria cum laude, privilegio, & stipendio à diversis Scholis doceatur? Huic argumento, quantumcumque se torquet, non respondebit, nisi nobiscum dicat, quòd non tantum veritas, ut est in re, quoties ea nobis est evidenter nota, sed etiam veritas ut est prudenter in nostra mente, est dicta regula; atque adeo licet ex Scholis dissentientibus una tantum verum dicat ut est in se, utraque tamen dicit verum ut sibi ex gravi ratione apparet verum, seu dicit probabiliter, aut probabilius verum, quo solo Ecclesia contenta est, quoties veritas ut est in re, est obcurissimum, & planè incerta.

Constat 2. alia multiplex contradictio, nam supra lib. 6. qu. 8. §. 9. pag. 213. docuerat 1. Theologiam esse veram scientiam, & 2. destrui probabili, si falsum sit: 2. Magistru Theologiæ teneri sub mortali ad verum: 3. pag. 214. opiniones quo magis probabiles, si falsæ sint, esse nocentiores: 4. §. 10. pag. 214. melius esse, aut minus malum esse ignorare, quam probabiliter etiam errare: & pag. 215. falsum probabile ita esse falsum, ac falsum improbabile; & quòd qui probabilia docent, non doceant Theologiam, & pluribus similia: hic autem docet optimam esse contrariam Cathedrarum institutionem, quia ex hæc contrarietate magis elucet veritas; & procul abesse falsum Scholarum à falsis Hæreticorum; eo autem ipso quòd P. Eliz. approbet, nec possit non approbare contrariam Cathedrarum contrariam doctrinam, eo ipso reprobare tenetur ea, quæ docuit qu. 8. citatà; cum contrariam Cathedrarum doctrina approbata ut bona, opponatur evidenter illis, quæ qu. 8. docuerat. Ut autem hoc ostendam, ita

Arguo 1. Theologia est vera scientia: ergo vel non omnis Theologia, quæ à contrariis Scholis dicitur, est Theologia, cum una tantum sit vera in se; vel si utraque est Theologia, neesse non est, ut utraque sit in se vera, sed satis est, ut docenti appareat ex gravi fundamento vera, seu probabilis, aut probabilior.

Arguo 2. Vera scientia destruit probabile: sed quæ docent Scholæ contrarie, sunt tantum probabilis, aut probabiliora ad summum: (loquor semper ubi veritas non est evidens; ubi enim evidens est, non datur contra-

contrarietas, cum eo ipso una Schola doceret evidenter falsum, & non esset admittenda) ergo quæ tradit utraque Schola, non est vera scientia; vel si est vera scientia utriusque Scholæ, necesse non est ad veritatem scientiæ, ut sit vera evidenter, aut in se, sed satis ut sit probabiliter vera.

Arguo 3. Theologie Magister tenetur sub mortali ad verum: ergo cum ex contradictibus alter non dicat verum, alter Magister, & ejus Schola peccat mortaliter; vel si neuter peccat, neuter tenetur ad verum ut est in se, sed tantum ad verum ut sibi apparet, seu ad probabiliter verum; (loquor ubi veritas est dubia, ut est, dum contrariæ sunt Scholæ.)

Arguo 4. Opiniones falsæ quò probabiliiores sunt, sunt nocentiores: ergo cum alterutra ex Scholis contrarijs sit falsa, eademque à suis defendatur ut probabilior, erit nocentior; vel si nocentior non est, ut certe non est, falsum est opinionem falsam eò esse nocentior, quò probabiliorem.

Arguo 5. Minus malum est ignorare, quam probabiliter etiam errare: ergo dum Pontifices, & Regna cumulant diversis privilegijs, & stipendijs utramque Cathedram, quarum unam probabiliter errare est evidens, eligunt maius, quam minus malum; immò eligunt absolute malum, quia Scotistarum judicio Thomistæ errant; & Thomistarum judicio Scotistæ errant: vel si non eligunt malum, falsum est, quòd sit minus malum ignorare, quam probabiliter errare.

Arguo 6. Falsum probabile est ita falsum, ac falsum improbabile: ergo cum alterutra Schola, ut est certum, dicat probabiliter falsum, ita dicit falsum, ac diceret falsum improbabile; & sic pessimè duplex opposita doctrina permitteretur: vel si hoc non tenet, nec tenet, falsum probabile, ita esse falsum, ac falsum improbabile.

Arguo 7. Qui docet probabilia, non docet Theologiam: ergo, cum utraque contraria Schola, ubi veritas est dubia, doceat tantum probabilia, (licet enim cuique propria doctrina videatur probabilior, adhuc manet intra terminos probabiliteris, neque enim pervenit ad evidentiam) utraque Schola non docet Theologiam; atque adeo Ecclesia utramque Theologicam Scholam permittens, permittit Scholas, quarum neutra docet Theologiam, quia utraque docet tantum probabilia.

Videat Lector solam contrariarum Theologie Cathedrarum inductionem esse argumentum, cui P. Eliz. respondendo satis non est, si verum est quòd ipse tradit, nos teneri

semper ad verum ut est in se, & solam veritatem ut est in se, esse regulam; non autem contentus est vero, ut nobis ex gravi fundamento apparet, quoties verum ut est in se, est nobis occultum: illud autem verum ut nobis apparet, tam varium, & multiplex est, quam multiplex est Schola opposita; unaquæque enim putat se dicere verum ex gravi fundamento, & dicit verum, ut sibi apparet, & implet obligationem veri ad quam tenetur, dicendo id, quòd sibi verum apparet; & tamen utraque dicit tantum probabiliter verum ut est in se, alias alterutra diceret evidenter verum, alterutra evidenter falsum. Idem argumentum fieri potest de Ecclesiæ Doctoribus contradicentibus, quorum quemlibet tutò, juxta P. Eliz. sequi possumus.

Constat 3. alia contradictio; nam qu. 8. N. §. 9. pag. 213. ait Magistrum Theologiæ docendo probabiliter falsum peccare mortaliter; hic autem pag. 256. negat peccare mortaliter qui defendit aliquam Durandi sententiam, quam putat falsam; dicere autem non peccare, quia non tradit tamquam suam, sed tamquam Durandi, est nihil dicere; semper enim defendit sententiam sibi falsam, atque adeo sive tradat ut suam, sive ut alienam, si eam defendit, & putet falsam, falsum defendit, & sic peccabit mortaliter; vel si non peccat mortaliter, falsum est, quòd Magister docendo probabiliter falsum, peccet mortaliter. Immo si Magister docendo probabiliter falsum peccat mortaliter, omnis Magister docendo probabiliter vera, cum ea sint probabiliter etiam falsa, peccabit mortaliter; neque enim ei Magistro suum verum est evidens, sed est probabiliter verum; ergo si reflectat ad probabilitatem oppositam, poterit ei esse probabiliter falsum.

Constat 4. æquivocari dum dicit, neminem voto, juramento, aut constitutione obligari posse, ut defendat aliquam doctrinam tamquam propriam, nisi putet veram: vel enim debet hoc putare evidenter, seu scire esse evidenter veram; & hoc dici non potest; nemo enim tam excors erit, qui dicat omnia, ad quæ voto, aut juramento tenetur, esse ferè semper sibi evidenter vera; & omnia, quæ opposita Schola docet, esse sibi evidenter falsa: vel putare tantum debet, esse sibi probabiliter, aut probabilius tantum vera; & sic ex. gr. Thomista jurans se D. Thomæ doctrinam facturum suam; & Scotista jurans se facturum suam Scoti doctrinam, non jurant se dicturos evidenter, sed tantum probabiliter, aut probabilius vera; atque adeo ut quis juret se aliquam doctrinam secuturum, non est necessaria, nisi gravis verofici

verosimilitudo, non autem veritas, ut est in se in ipsa doctrina: ergo ut quis juramento obligetur, non est necessaria veritas ut est in se in doctrina, sed satis est solida apparentia veritatis. De cetero, quod absit opinari de viris omni exceptione maioribus, alteruter Scotista, & Thomista esset perjurus, cum una tantum sit veritas in doctrina contradicente. Immo sicut ut ego jurem Petrum intuisse mortem Pauli, satis est, ut ex errore invincibili putem talem hominem fuisse Petrum; ita etiam, ut quis juramento obligetur defendere aliquam doctrinam, satis est, ut ex errore invincibili veram putet; si autem est vera ex errore invincibili, est in se falsa: ergo ad juramentum satis est gravissima apparentia veritatis.

N. 231. Constat 5. alia evidens contradictio; ait enim, quod ut quis doctrinam alicujus sub juramento defendat, satis est, ut sciat fere semper esse veram; quod certe mirabile est: si enim ex gr. Thomista scit fere semper doctrinam D. Thomae oppositam Scoti esse veram, eo ipso scit (ecce primum absurdum) doctrinam Scoti esse fere semper falsam; quis autem dicat, quod omnis Thomista sciat (hoc enim importat evidentiam) doctrinam Scoti esse fere semper falsam; idem enim Scotista dicere poterit de doctrina S. Thomae, quod certe modestam sapientum Theologorum indolem non laperet. Rursus, si, ut aliquis sub juramento defendat alicujus doctrinam, debet scire fere semper esse veram, sequitur, quod institutio contrariorum Cathedralium ubique celebrata, & contrariorum Theologorum convocatio ad Concilia, erit summe perniciofa; alterutra enim Schola emitteret juramentum falsum, & necessitaretur ad evidens perjurium; nam ex P. Elizald. juramentum emitti non potest, ubi non est scientia, seu evidentia veritatis: similiter ex eodem emitti non potest juramentum, ubi non est veritas ut est in se: sed in neutra doctrina Doctorum contradicentium est evidentia veritatis pro una parte determinata; alias opposita esset evidenter falsa; & in una doctrina Doctorum contradicentium non est veritas, ut certum est: ergo una tantum, immo neutra emittere potest juramentum; atque adeo si Thomista ex gr. obligatur juramento ad sequendum D. Thomam, non potest Scotista emittere juramentum sequendum Scotum; alteruter enim obligatur ad perjurium; immo cum nec Thomista, nec Scotista evidenter noscat doctrinam propriam esse fere semper veram, neuter jurare poterit, cum ad juramentum, juxta P. Elizald. necesse sit, ut sciat talis Doctoris doctrinam

esse fere semper veram, atque adeo utriusque jurando peccarent.

Ecce quae consequentia sequuntur ex obligatione ad verum ut est in se, quam toties P. Eliz. nobis inculcat; cum tamen omnes uno ore fateantur, quod quoties veritas post serium hinc inde examen manet dubia, satis fit, ut quis sequatur id, quod probabiliter, vel probabilius videtur verum, seu verum ut est in nostra mente ex gravibus motivis. Immo idem P. Eliz. lib. 6. qu. 2. §. 6. ait, quod *qui impar est vero dignoscendo, non est dignus iudex*, loquitur de iudice legali; quod idem proportionaliter dicit de Theologo: & §. 7. ait, quod ut quis sit dignus, sufficit, si fere semper verum sciat; & disternat, etsi aliquando in paucioribus deliciat: & §. 8. ait: *Satis item est, si quis vel in proprio sermone, vel ex aliquo Authore fortuito, verum plerumque novit, & raro delicit, atque adeo querendus est Auther, & suus factus, qui ut plurimum verum dicat*: immo §. 8. pag. 373. subdit: *Satis est alios Doctores errare, facere suos, quamquam adeo veri non sint, nisi hoc minus malum erit, quam si egerant quaedam ingenia de suo moliantur: & quoad Theologos attinet, habemus Dei gratia DD. plurimum, immo plerumque saltem veros, & notissimos, quos nostros facere, & sequi liceat, & tenemur*. Ecce 1. insignis contradictio; nam lib. 6. clamavit contra Probabilitatem dicendo, quod infallibilitatem maiorem Doctoribus, quam Papa; & Deus habeat; modo autem dicit convenire plerumque, & querendum Authorem, qui ut plurimum verum dicat, & faciendum suum; immo dari plurimos, quos liceat facere nostros, & eos sequi, & tenemur. Ecce 2. nil tandem dicere, quam quod nos dicimus, cum hoc discrimine, quod nos non nobis contradicimus, volumus enim quod sequendum sit verum in re, ubi certo constat; ubi autem certo non constat, sequendum id, quod nos nobis ex gravi, aut graviori fundamento verum videtur. Dum autem compellitur, ut sequamur Doctores, qui plerumque verum dicant; si sermo sit de vero, ut est in re, & hinc inde inter eos controverso, provocat nos ad Ideas Platonis; quis enim inter Doctores est, de quo aliquis sit certus dicere, plerumque verum, ut est in re, si ad se aquae gravis, & firma ratio pro opposito?

Constat 6. alia contradictio; nam supra lib. 6. qu. 12. §. 7. pag. 251. reprehenderit, qui putant prudentes, & sapientes esse obvios; P. Eliz. inquit, *Hoc opus, hic labor est sapientis, & prudentis invenire, & non nisi inventa veritate inveniri sapientes*. Hic autem pag. 258. dicit adeo facile esse discernibiles veros a falsis

falsis Doctoribus, ut etiam ignorantes inter eos discernere possint: ita enim arguo 1. Sapiens non invenitur, nisi inventa veritate: sed ignorans non potest invenire veritatem, immo in pluribus ne quidem extremè docti, ut patet ex perpetua Doctorum, & Cathedralium oppositione: ergo ignorans non potest invenire sapientem; vel si potest, ut potest, necesse non est ad hoc, ut inveniat sapientem, invenire prius veritatem.

Arguo 2. quod ignorantes facile discernere possunt; est adeo obvium, ac sunt ipsi ignorantes: sed ignorantes facile discernere possunt inter sapientes, & non sapientes, seu inter veros, & falsos DD. ergo Doctores sapientes sunt facile obvii; vel si non sunt, non possunt ignorantes facile discernere inter veros, & falsos.

Constat 7. quod P. Eliz. non respondeat argumento sibi à se objecto, nempe unde cognoscere possumus Doctorem aliquem ferè semper dicere verum. Quod enim dicit de iudicio Ecclesie; eos nempe, quos Ecclesia, Doctorum Ecclesie albo inseruit, nos posse tuto sequi, verum prorsus est, sed est diminutum; immò eidem P. Eliz. contradicit: est diminutum, & ideo rogatus, an possumus sequi aliquem, qui non sit Doctor Ecclesie; ait se non discutere, cum tamen necessario hoc resolvendum esset; tum quia *lib. 6. qu. 21. §. 8.* dicit dari plurimos famosos DD. Theologos, quos nostros facere, & sequi liceat, & teneamur; tum quia passim occurrunt casus morales, quos ne leviter quidem Ecclesie Doctores tetigerunt: ei contradicit, tum quia si quemlibet Ecclesie Doctorem tuto sequi possumus: ergo S. Thomam, & S. Bonav. sibi contradicentes, adeoque utrumque contradictorium erit licitum; tum quia si ad invicem contradicunt, unus tantum dicit verum, alter falsum: ergo cum, juxta P. Eliz. *possum tuto sequi quemlibet ex oppositis Ecclesie DD.* immò *non est ubi erramus*, ut loquitur P. Eliz. loquendo S. Tho. & S. Bonav. invicem contradicentes, sequitur nos posse tuto sequi falsum, nec erit ubi erremus, nempe practice; ergo veritas logica non est sola regula nostrarum actionum, sed etiam veritas prudentialis, seu gravissima ratio, vel autoritas.

Constat 8. alia contradictio; ait enim *probabilitatem ferè semper veritati annexam esse regulam conscientie, cum onere tamen preferendi Ecclesiam cuilibet Doctori*; quibus ultimis verbis non dicit nisi quod omnes; omnes enim dicimus nullam adesse probabilitatem in una parte, quoties alia pars contradictio- nis est certa. At non capio quid sibi velit per

ca verba, *probabilitas ferè semper veritati annexa est regula conscientie*; non, inquam; capio 1. quia alibi docet *solum* veritatem esse regulam; ita ut ne quidem certitudo veritatis, si opinio sit in re falsa, exerceat; modo autem dicit, quod probabilitas ferè semper annexa veritati sit regula. Secundo, quia quaero, quid veniat per *to veritati*? an veritas speculativa, & ut est in se, an practica? Non veritas speculativa, quia quoties duo eminentes Doctores, ex. gr. S. Thom. & S. Bonav. aut Scotus sibi contradicunt, cum in una tantum opinione sit veritas speculativa, consequenter probabilitas opinionis falsae non est annexa veritati speculativae; ergo probabilitas, quae, juxta P. Eliz. est regula conscientiae, non est probabilitas ferè semper annexa veritati speculativae. Consequentia probatur; quia, juxta eundem, possum tuto sequi cujuslibet Ecclesie Doctorem opinionem, si non sit certò falsa per definitionem Ecclesie; ergo possum tuto sequi opinionem probabilem omnis Doctorem Ecclesie contradicentis: sed alterutra probabilitas opinionum contradicentium non est annexa veritati speculativae; nam alterutra est in re falsa; ergo probabilitas, quae est regula conscientiae, non est, quae ferè semper est annexa veritati speculativae, sed veritati practicae; immò etiam daretur probabilitatem ferè semper annexam veritati speculativae esse regulam conscientiae, ut vult P. Eliz. ecce tamen hinc alia contradictio; quia eadem probabilitas ferè semper annexa veritati speculativae, potest aliquando veritati speculativae non esse annexa: quaero autem, an tunc ea probabilitas sit regula conscientiae? Si affirmat; ergo probabilitas annexa falsitati est etiam regula conscientiae; quod tamen ubique negat, jactans solum verum esse regulam conscientiae. Si negat; ergo tunc non erit regula conscientiae; atque adeo nullum ex DD. Ecclesie contradicentibus tuto sequi poterò; quia licet eorum rationes probabiles, ubi veritas est dubia, sint ferè semper annexae veritati speculativae; attamen, cum hic, & nunc possint non esse annexae, non poterò hic, & nunc eos tuto sequi: esto enim detur eos pierumque dicere verum, mihi tamen non constat, an hic, & nunc illud dicant.

Constat 9. quo veritatis fundamento gloriatur se totum suum opus *texere ubique per verum*: 1. quia cum pluribus laboret contradictionibus, non minus dicit falsum, quam verum; 2. quia quomodo ubique texit verum, qui nunc dicit solum veritatem esse regulam, nunc quemlibet Ecclesie Doctorem ad  
Qq invicem

in vicem contradicentem nos tunc sequi posse, cum tamen unus falsum dicat; 3. quia *lib. 6. qu. 19. §. 7. pag. 329. & §. 10. ab initio*, agens de scientia in Doctore, & Confessario, necessariam, dicit, quod tota doctrina data §. 9. hac propositione claudatur; *quod scilicet tenentur saltem plerumque verum ipsum esse, & docere in materia, & sphaera unicuique sua*. In quibus verbis est alia contradictio; & suppono per verum venire verum ut est in re, alias nobiscum concordabit. Modo quaeritur, an inter Thomistas, & Scotistas dentur egregij DD. & Confessarij? Non negabit; & tamen negare debet, nam si omnis Confessarius plerumque verum dicere debet, alteruter, nempe Scotista, aut Thomista, non erit bonus Confessarius, quia implicat, ut sibi contradicunt, uterque fere semper dicat verum ut est in re.

N. Constat 10. inaniter insultare contra Probabilitatem, Probabilioritatem, & eos, qui admittunt ut licitum sequi probabilissimam; certum enim est ex Alexandro VIII. nos posse sequi opinionem probabilissimam. Quod autem inaniter insultet Probabilistis, & Probabilioristis, patet; quia licet omnes dicamus probabilitatem, & probabilioritatem in genere eque connecti posse cum vero, ac falso, quatenus tam verum, quam falsum potest esse probabile, & probabilius; at tamen tales rationes particulares probabiles, aut probabiliores, quae probant unam partem contradictionis, quamdam veram, non sunt indifferentes, ut probent oppositam, nec possunt uniri falsitati oppositae. Adde: Licet probabilitas, & probabilioritas sit indifferens ad verum, & falsum speculativum, non tamen ad verum practicum; sunt enim necessariò connexae cum veritate practica prudentiali. Quod autem frigidè dicit, nos totum salutis negotium committere cui libet Doctore, est falso falsius, nec eget responsione; immò in hoc incidit P. Eliz. nam *lib. 6. qu. 21. §. 8. consulit quaerendum Authorem, & suum faciendum, qui ut plurimum verum dicat; immò ibid. pag. 373. plurimos famosos DD. dari dicit, quos nostros facere, & sequi liceat, & teneamur*.

N. Constat 11. Thrafonticè valdè dictum, dum de se dicit, quod totum suae doctrinae fundamentum est Iesus Christus, qui est Veritas: de nobis autem dicit, quod nostrum sit probabilitas, quae non magis est Christus, quam non Christus. Dico enim, quod nec eius fundamentum est sola veritas, ut patet ex eius contradictorijs, immò ex his, quae tota hac *quest. 13. dicit de Magistris contrarijs*; rursus si est veritas, est veritas putata,

non autem in re; nam certum est errorem in vincibilem non esse veritatem. Nec nostrum fundamentum est sola probabilitas, nam vel est certa veritas, ubi ea constat, vel ubi ea constare non potest, est veritas practica, seu gravis verosimilitudo orta ex probabilitate: & Christus D. est Veritas non tantum speculativa, sed etiam practica, quatenus est Legislator docens quid operandum quando veritas est certa, & quid quando est incerta.

Constat 12. alia contradictio; nam *pag. 260. §. 6. quaerens, an praefer Ecclesiae DD. possimus citra examen ferum, quas dicitur, facere nostros alios DD. aut se nihil determinare; & tamen §. 7. dicit praefare ut Theologiae Moralis Professores obligentur ad aliquem sequendum; quem autem? rogo: an Ecclesiae Doctorem? & hoc non, nam plurimae materiae morales, valdè arduae tractatae non fuerunt ab Ecclesiae Doctore; ex. gr. an contractus Moatra sit licitus; an cambium recurrat; & siccum; an contractus societatis; an res aliena ex levi advertentia subleata, & consumpta sit sub mortali restituenda; ergo non Ecclesiae Doctorem; immò cum obligandi essent ad Doctorem Ecclesiae sequendum, cum huic alter Ecclesiae Doctor in re obscurus plerumque opponatur, non ideo sequentur nisi dubiè, & incertò verum, an alium? & hoc non, nam ait se non determinare: ergo obligat ad impossibile. Hoc scio, quod *qu. 13. §. 5. pag. 258. tantum tribuit ignorantibus, ut discernere possint inter veros, & falsos DD. Rursum qu. 21. §. 8. dicit: Habemus Dei gratia DD. plurimos famosos plerumque saltem veros, (loquitur de Theologis) & notissimos, quos nostros facere, & sequi liceat, & teneamur. Cur ergo dicit, se nihil determinare, cum tamen eodem §. 6. determinaverit, & infra qu. 21. §. 8. Cur quod concedit ignorantibus, non concedat, in ordine ad discernendum prudentem inter DD. falsos, & veros, ipsi Theologiae Moralis Professoribus? Cur si plurimi notissimi Theologi dantur, quibus stare teneamur, non remittit eosdem Professores ad eosdem Theologos?**

Constat 13. libertatem opinandi non concedi, sed ampliari a P. Eliz. nam obligat vel ad fere semper verum ut est in se, vel ad verum ut est in nostra mente, seu ad ad quod ex gravi fundamento putamus verum. Si secundum; dicit quod nos: si primum; dicit falsum, & contradictorium: falsum, quia saepe veritas ut est in se ignoratur; contradictorium, quia ait nos posse tunc sequi quem libet Ecclesiae Doctorem; in utroque autem

contradictente non est veritas. Libertas ergo opinandi non potest coerceri per obligationem ad verum ut est in se, cum hoc sepe sit dubium, alias coerceretur per quid impossibile; sed coerceretur per hoc, quod cuiuslibet opinionis moralis, antequam practicemus, si non prius, fundamenta exacte, & diligenter, & sine passione ponderentur, ne nimia facilitate inter probabiles numeremus quae non sunt; non minus, ac Probabiliorista inter probabiles, Tutorista inter tutiores, P. Eliz. inter veras, quae nec verae, nec tutiores, nec probabiles sunt.

Comitat 14. quod quamvis P. Eliz. recte dicat, quod Theologia propter puram exercitationem instituta non sit, ut certum est; attamen non recte dicit regulam probabilitatis, quia est, est, & non est, opponi, & non esse regulam Euangelij, quae est, vel solum est, vel solum non est: non recte, inquam, quia confundit similitudinem probabilitatis cum probabilitate similitatis; illa est evidens, ut patet ex diversis inter se Cathedralis, quarum utraque opinio opposita est simul probabilis; haec est repugnans, quia nemo Probabilista, si rem intelligat, dicit simul esse posse utrumque iudicium probabile oppositum, est, non est, sed divisim; qui enim dicit peccatum esse peccatum, non dicit simul non esse peccatum: ergo Probabilitas quantum est ex hoc capite est regula Euangelij.

Tandem P. Eliz. lib. 6. qu. 13. §. 5. pag. 258. ait: Quare inepissimi Theologi sunt, qui ex nostra doctrina intulerunt damnari quem posse sequendo S. Thomam, aut S. Aug. Sed videmus, an hoc evidenter inferatur; ita enim arguo: Omnis, qui non sequitur veritatem, quae est unica ad Caelum via, damnabitur; sed omnis sequens nunc unum, nunc alium, immo non nisi unum sequens ex DD. Ecclesiae sibi in tali re contradicentibus, non sequitur veritatem, quae est unica ad Caelum via; nam utraque contradictoria nec simul, nec divisim est vera; immo ea pars, quam sequitur, esse potest falsa: ergo omnis talis damnabitur. Maiorem tueretur P. Eliz. sepe clamans veritatem esse unicam ad Caelum viam. Minor est evidens: alteruter enim ex contradicentibus non dicit veritatem; & qui modo sequitur ex gr. S. Thomam de obli-gantem ab actu amoris Dei super omnia finem Hieron. disentionem, an simulatio esset ligulis fectis, modo Scotum, quem P. Eliz. merito laudat, obligantem aliquando, non sequitur verum; immo sepe non sequitur, sepe quando tantum unum, potest enim esse falsum quod dicit: consequentia est legitima: ergo homo ille sequens nunc S. Thomam, nunc S. Bonav. quia aliquando non sequitur unicam ad Caelum viam, damnabitur.

nunc S. Bonav. quia aliquando non sequitur unicam ad Caelum viam, damnabitur.

Quod si P. Eliz. dicat, quod utaliquem N. Ecclesiae Doctorem tuto sequamur, necesse non est, ut temper verum, sed satis ut fere semper verum dicat, praeterquam quod nihil dicit; quera enim quoniam ille sit, quando in re obicura habet alium sibi contradicentem, adhuc argumentum est inconclusum; ita enim arguo: Omnis non sequens Doctorem, qui fere semper verum dicit, damnabitur: sed omnis sequens modo hunc, modo alium ex DD. Ecclesiae sibi in re incerta contradicentibus, non sequitur Doctorem, qui fere semper verum dicit, immo si unus ex illis fere semper verum dicit in re incerta, alter ei oppositus semper falsum dicit in eadem re; adeoque qui modo hunc, modo alium sequitur, tot vicibus sequitur qui fere semper falsum dicit, quot qui fere semper verum dicit: ergo omnis talis sequens modo S. Thomam, modo S. Bonav. aut Scotum damnabitur. Quare ego in ea sententia fui, ut P. Eliz. qui tantum nos obligat ad verum ut est in re, etiam quando post diuturnam, & pluribus saeculis naturam discussionem, manet obsecrum, debuisset potius edere librum de veritatibus particularibus, & omnia dubia moralia resolvuisse, ut ejus opera pateret, quod nulla Doctorem industria hucusque paruit, nempe quae pars esset certo vera in re. Dico certis si enim probabilitas tantum veritatem resolveret, diceret quod alij, & nihil plus. Similiter credidi quod P. Eliz. Ideas Platonicas secretas fuerit, ut sibi ab alijs obiectas; faretur lib. 6. qu. 19. §. 10. initio pag. 333. dum dicit, Doctorem, & Confessarium, ut apti sint, debere fere semper verum dicere; quod idem dicit de omni eo, qui dicitur prudens, & sapiens. Quare autem, quis erit iste, & laudabimus? imo eum omnes sequentur.

Dices 1. ex P. Eliz. lib. 6. qu. 16. §. 8. S. N. Paulum 1. ad Coloss. cap. 2. monuisse, Nemo vos decipiat in sublimitate sermonis; exponit S. Chrysostom. Nequis vobis imponat probabilitate sermonis; post quae P. Eliz. pag. 311. addit: Abite jam vos, quibus tantum est probabilitas sermonis, ac sanitas, & restitudo sermonis. Rursus §. 9. pag. 314. ait, quod licet verum sit ortum inter S. August. & S. Hieron. disentionem, an simulatio esset ligulis fectis, modo Scotum, quem P. Eliz. merito laudat, obligantem aliquando, non sequitur verum; immo sepe non sequitur, sepe quando tantum unum, potest enim esse falsum quod dicit: consequentia est legitima: ergo homo ille sequens nunc S. Thomam, nunc S. Bonav. quia aliquando non sequitur unicam ad Caelum viam, damnabitur.

242. P. Eliz.

P. Eliz.

244. Colof. 2. Chry. solt.

N. P. Eliz.

N. P. Eliz.

*morum, est rara aliqua dissensionem, & errores transmittantur. Sed contra 1. quia S. Chryso- st. per probabilitatem intelligit eloquentiam, & sermonis venustatem, nulla prudenti ratione firmatam, quales erant Sophistarum antiquorum, & Hæreticorum contra nostram fidem rationes, contra quam nulla adest vera probabilitas; ut enim idem P. Eliz. pag. 311. fatetur ex Tullio, Nil est tam falsum, quod non excolatur venustate sermonis. Contra 2. quia certum nobis est, quod doctrina SS. Patrum sit tuta regula fidei, & morum, et si ea doctrina non sit certa, sed probabilis; & ideo ex hoc ipso inferimus doctrinam probabilem esse tutam regulam fidei, & morum. At totum hoc ipsum est contra P. Eliz. nam sequitur, quod sola doctrina plerumque vera non sit unica fidei, & morum regula; immo implicat, ut quilibet Ecclesie Doctor dicat plerumque verum, quoties inter se opponuntur; ergo si quoties in eo, in quo opponuntur, licet quemlibet ex illis sequi, eo ipso evidens est, quod non tantum plerumque verum in se, sed etiam plerumque falsum, dummodo appareat plerumque verum prudenter, (tale autem regulariter apparet, quoties a Doctore Ecclesie docetur) erit tuta regula morum. Quod autem dicit SS. PP. vix opponi inter se, fatetur ita esse in rebus quasi certis, non autem in illis, quæ adhuc post diuturnum serium examen, & dissensionem incertæ manent.*

P. Eliz.  
Tullius.

N.  
245.  
P. Eliz.  
Protag.

Dices 2. Protagoras, non autem Pythagoras, ut vult P. Eliz. lib. 1. qu. 16. §. 1. sentit verum non esse invenibile: ergo incidimus in sententiam Protagoræ. Sed contra: quia Protagoras sentit nullum verum esse invenibile, adeoque nullam diligentiam pro inventionem veri utendum; nos autem dicimus plurima vera esse evidentiâ, & utendum diligentiam, ut inveniatur verum; quod si post seriam diligentiam non inveniatur, erit invenibile ex ignorantia invincibili, non ex vincibili. Quare fatemur in omnibus ante omnia ipsam directam veritatem quærendam; quæ si post debitum examen, adhuc maneat incerta, quærenda est veritas reflexa, ut nos facimus; & hoc ipsum facere deberet, non tamen facere potest P. Eliz. quamvis jactet ubique veritatem; cum enim veritas directa non tantum in nobis, sed etiam in SS. Patribus, quorum doctrinam non esse certam, sed probabilem asserat P. Eliz. lib. 6. qu. 16. §. 9. pag. 314. sepe lateat; considerationes autem reflexas idem P. Eliz. ubique exterminet, ideo nec habet veritatem directam, nec reflexam. Ecce quod tendit, qui ubique, sed præsertim lib. 3. quæst. 16. & 17. obligat

amplecti veritatem ut est in se.

§. IV.

Quid de unico Doctore sentiendum?

### SUMMARIUM.

Regulariter unus Doctor ad certam probabilitatem non est satis, n. 246.

Omnis opinio ab uno Authore derivata Inductio, ibid.

Ex S. Antonin. & S. Bernardino satis sapere vult, ibid.

Respectu idiotæ unus facit certitudinem maiorem; & duo, ait P. D. Thyrsus, omni exceptione maiores eam faciunt respectu omnium, ibid.

Limitationes Magistri de Prado, n. 247.

Cui omnem alicujus libri opinionem sequi non liceat; licet autem stare consilio minus viri gravis? Ibid.

Classicus Doctor qui? n. 248.

Aliqui ex Summistis præclari Theologorum, ibid.

Quid nos dicamus, & non dicamus? n. 249, 250.

Confessores ad quid teneantur? n. 251.

Non omnis opinionis severitas veritati, nec omnis benignitas falsitati jungitur. Inductio, ibid.

Opinio communis non bene asseritur, qua plures numerat, n. 252.

Facilis est certitudo de intrinsecâ, & extrinsecâ probabilitate; difficillima de probabilitate, n. 253.

Sapienter (de triplici hominum classe qualiter optari debent) P. Terilli monitum, n. 254.

Summistæ præclare à P. Terillo contra Celladæ defenduntur: eorum finis non sunt veri Cæsarum Moralium Historici, ibid.

**O**bjicies: Si licet sequi omnem practicè probabilem; ergo etiam unius Authoris; ergo unius Authoris dictamen erit sufficiens pro regulâ conscientia totius Ecclesie, & omnium Fidelium. Sed contra retorquetur in Probabilioritas; si enim tenemur ad probabilius, poterit tota Ecclesia eam probabiliorē sequi; tum in P. Eliz. qui lib. 6. qu. 21. §. 8. ait satis esse, ut quis faciat suum unum Authorem, qui plerumque verum dicat, & idiotas monet, ut stent viro fide digno. Deinde dico, quod plerumque, & regulariter unus Doctor non facit certam probabilitatem, nisi ad summum in materia ab alijs non agitata; si enim communiter Doctores eam opinionem negent, difficile profus erit credere certam in eâ probabilitatem. Hoc addo, non esse cæcis oculis damnandos omnes,

nes, qui novam aliquam opinionem excogitantur; sed prudenter pensanda motiva, & rationes, & ex harum levitate, aut gravitate improbandam, aut probandam. Sanè in omni opinione contradictoria ad unum tandem deveniri oportet, qui cum primus ut probabilem docuerit; etenim, ut fatetur M. Barnabas Gallego in tr. de Confe. prob. dub. 21. S. Thomas multa contra alios primus scripsit. Idem de se testatur M. Bann. 2. 2. qu. 60. art. 6. dub. 2. idem M. Soto de te; idem Scotus, & alij. Lege P. Henao tom. 3. de Sac. Mil. ad finem. Hoc scio, quod S. Anton. 1. p. Sum. rit. 3. cap. 10. §. 10. ait: Operando contra tale dubium non peccatur, (nempe an sit mortale) dum adhaeret opinioni alienius Doctoris, (nota tò alicujus) & habet rationes probabiles pro ipsa magis, quam pro opposita opinione: ergo per S. Anton. unus Doctor sepe sufficit, quod approbat Doctor Navarr. de Poenit. dist. 5. n. 38. Consentit S. Bernard. tom. 1. ser. 5. post 1. Domin. Quadr. Sermon. 15. cap. 3. art. 2. loquens de Confessario, qui ait: Nisi forte probabilis ignorantia excuset illum, quia habuit Doctorem aliquem authenticum, & famosum, cujus opinioni innititur. Rursus idem S. Antonin. l. c. postquam dedit tres modos certitudinis moralis, ait, alterius auctoritatem facere certitudinem morale respectu idiotarum. In idem venit P. D. Thyrtus dist. 10. n. 1. dicens idiotam securè sequi minus tutam, si nitatur opinioni viri docti, de quo non suspicetur errare; & n. 88. ex D. Thom. 2. 2. qu. 70. art. 2. ait duos testes omni exceptione maiores facere certitudinem morale. Hoc ipsum docet M. Soto lib. 5. de Just. qu. 7. art. 2. ubi querit, an unus auctoritas aliquando vincere possit testimonium multorum; & affirmat; nam unus Imperatoris testimonium præponderat plurimorum assertis ex lege Omnium O. de restitutione. Vide etiam Caran. lib. 1. Theol. Mor. Fund. 2. 2. §. 1. & in comment. ad Reg. S. Bened. d. 6. m. 51. qui hunc syllogismum, sophisticum tamen, format: Quod dicunt quatuor Doctores, est probabile; quatuor dicunt sufficere unum ad probabilitatem; ergo satis est unis. Sed hinc paralogismus, & alij respondet passim P. Card. tom. 1. & 2. Crisis Theologicæ.

Ad M. Joann. Mart. de Prad. in Theol. Mor. cap. 1. de Confe. qu. 2. per totam, ubi egregie tractat hoc punctum: & de Poenit. 3. p. qu. 89. dub. 4. §. 3. n. 20. pag. mibi 24. ex M. Bann. 2. 2. qu. 62. art. 5. dub. 14. ad 1. Nec enim mirum esse debet, si in rebus moralibus, & difficillimis, alicui viro docto sese offerat nova ratio urgentior, ut opinetur

Tom. II.

contra communem sententiam mentis, & non tamen rationis; & isto modo sunt introductæ plurimæ opiniones contrariæ, quæ solebant esse communes; nec hoc habet aliqui temeritatis, quando optima ratione disceditur a sententia communi in rebus moralibus. Hæc M. Bann. apud M. Mart. de Prado, qui subdit: Quod & tenent multi, quos retulimus, & secuti sumus cap. 11. de Confe. qu. 2. §. 3. Subdit tamen idem M. de Prado rarissimam esse optimam rationem contra sententias communes admittas ab omnibus ut certas; & concludit cum Salomo 2. 2. qu. 63. art. 4. contr. 2. concl. 4. quod est certe periculolum opponere se torrenti Doctorum propter unius, aut alterius dictum, etsi gravium virorum. Immo idem M. Mart. de Prado in Theol. Mor. cap. 15. in quo tractat de opinionibus novis, & laxis n. 22. postquam sibi objecit, quod sicut potest quis sequi opinionem hominis pij, & docti, & ejus contentio stare, ut plerique docent; ita multo magis sequi poterimus opinionem, quam in alio quo libro reperimus. Respondet rectè, quod aliud esse, quod per accidens aliqui exequuntur sequendo opinionem tantum apparenter probabilem; aliud esse asserere, quod per se loquendo, liceat semper sequi opinionem voce, aut scripto traditam, quando contrarium est firma ratio. Primum est verum, secundum falsum.

Hoc ipsum latè examinat M. Tapia tom. N. 1. lib. 1. qu. 8. art. 11. n. 9. ubi asserit auctoritatem sapientum; & ait in primis habendam rationem Doctoris classici; ille autem dicitur Author classicus, cujus auctoritas recipitur in Scholis, & apud sapientes ut probabilis, qui autem eâ auctoritate non gaudet, dicitur Proletarius. Ait 2. quemlibet in sua facultate considerandum; & preferendos, qui scientificè tractant puris Summis, sine autem illi, quibus tota cura est coacervare casus; etsi notet inter Summis aliquos esse, qui sunt classici DD. tum ob eorū etiam in alijs facultatibus præstantiam; tum quia suas Summas scientificè composuerunt, ut C. Caiet. Navar. M. Sylvest. P. Sanch. Ait 3. ceteris paribus, DD. antiquos preferendos Modernis. Ait 4. Modernos, si polleant qualitatibus classicorum Doctorum, nempe sapientiâ, prudentiâ, & probitate, posse fundare opinionem probabilem; si enim ex Scripturâ testimonium duorum, aut trium omni exceptione maiorum sunt grave fundamentum; ita multo magis tale erit testimonium Modernorum sapientiâ, prudentiâ, & probitate præditorum. Ait 5. unicum Doctorem,

Qq iij si cla-

M. Gall.  
S. Tho.  
M. Soc.  
P. Hen.  
S. Anton.  
1. p. Sum. rit.  
3. cap. 10. §. 10.  
P. D. Thyrtus  
dist. 10. n. 1.  
D. Thom.  
2. 2. qu. 70. art. 2.  
M. Soto  
lib. 5. de Just.  
qu. 7. art. 2.  
Caram.  
lib. 1. Theol. Mor. Fund.  
2. 2. §. 1.  
P. Card.  
tom. 1. & 2. Crisis Theologicæ.  
M. Joann. Mart. de Prad.  
in Theol. Mor. cap. 1.  
de Confe. qu. 2.  
per totam.  
3. p. qu. 89. dub. 4.  
§. 3. n. 20. pag. mibi 24.  
ex M. Bann. 2. 2. qu. 62. art. 5. dub. 14. ad 1.

M. de Prado  
Salom.  
2. 2. qu. 63. art. 4. contr. 2. concl. 4.  
M. Mart. de Prado  
in Theol. Mor. cap. 15.  
n. 22.  
M. Tapia tom. N. 1. lib. 1. qu. 8. art. 11. n. 9.  
M. Tapia  
tom. N. 1. lib. 1. qu. 8. art. 11. n. 9.  
C. Caiet.  
Navar.  
M. Sylvest.  
P. Sanch.

si classicus sit, posse suā auctoritate probabilem reddere propriam opinionem singularem; & ita censent graves DD. Sylvest. *de opinio qu. 10. Angel. ibid. m. 2. Navar. in Manuah cap. 27. n. 288. P. Valenc. 1. 2. qu. 12. pu. 4. d. 2. P. Sanch. lib. 1. Sum. cap. 9. n. 7. & D. Thom. quodlibet. 3. art. 10. quia auctoritas viri probi, & sapientis non est leve fundamentum ad informandam conscientiam, cum etiam in causa judiciali, & materia iustitiæ, etiam inter partes, satis sit testimonium duorum, aut trium testium proborum. Ait 6. m. 13. regulariter loquendo, unius Doctoris testimonium non prævalere contra communem Doctorum, qui rem tractarunt, nec ejusdem opinionem singularem censendam probabilem; & hanc conclusionem merito putat certam, maxime in rebus Moralibus, & Dogmaticis; & tenent Sylvest. 1. c. 2. Angel. m. 1. Sanch. l. c. n. 9. dicens, ob unius Doctoris sententiam non esse recedendum crebro, & passim; & P. Azor lib. 1. cap. 17. qu. 6. Ratio est; quia non est verosimile huic singulari datum reperire veritatem, contra communem Doctorum sapientiam; immo censendum falli, maxime in re moralibus, quæ prudentiæ præcipue nititur. Ait 7. m. 14. hoc esse verum, regulariter loquendo, quia non censemus impossibile, quod unus Doctor valde sapiens, qui fundamenta Doctorum exacte perpendit, reperiat firmitus fundamentum pro suâ singulari opinione. Sed hoc judicare, quando contingat, non est cujuscumque, sed sapientis, & prudentis. Demum n. 15. ait, quod qui desiderat specialius scire ordinem Doctorum, qui solent fundare opinionem, videat P. Azor tom. 1. lib. 2. cap. 14. qui eos latè coordinat in suas facultates, & classes. Hæc M. Tapia.*

N. Ex his inferri non esse toleranda, quæ P. Eliz. ut turpem reddat nostram sententiam, congerit lib. 1. q. 1. §. 5. qualia sunt, quod Probabilistæ dicant doctrinam morum, non quæ vera, aut falsa, sed quæ probabiles censendas esse, cum tamen nullus ita loquatur, vel enim disputamus de re directè ut est in se, vel de re, ut subicit cognitioni: si de re ut est in se, semper quærimus veritatem; dicimus enim picturam die festo licere, vel non licere; sententiam non esse, aut esse opus servile: si de re reflexâ, semper etiam quærimus veritatem; nam ipsa certa probabilitas, quod pictura liceat, est etiam veritas; & dicimus, non tantum esse directè verum ex. gr. quod pictura liceat, sed etiam dicimus esse reflexè verum, quod sit certè probabile picturam die festo licere. Omitto alia plura, quæ ex P. Eliz. refert, & refutat acerrimè Antagonista P.

Teril. de Reg. mor. qu. 7. Infero 2. falsum esse nos dicere, quod Probabilia solvantur per probabilitatem, dixi enim solvi per assertionem, siue veram, siue falsam, siue ea sit probabilis, siue probabilior, aut certa, aut evidens, non autem solvantur per solam veritatem, ut vult P. Eliz.

Infero 3. falsum prorsus esse id, quod pro sua sententia honestandâ, & pro nostra dishonestandâ assertit P. Eliz. nos dicere Confessarios posse, juxta omnes opiniones probabiles, etiam contradictorias, etiam nihil opinando, immò opinando contrarium, respondere, & Sacramenta ministrare. Sed hoc impostura est; fateor enim libenter cum P. Teril. l. c. n. 14. plura nimis laxa irrepisse in decisione questionum directarum, an honestè aut illud liceat, quæ omni nisu avelli cogimus: fateor etiam nostram sententiam esse Confessarijs valdè commodam. At falsum prorsus est, nostram sententiam esse laxam, nec ulla Summa est, quæ Confessarijs permittat, ut approbent penitenti homicidia, & similia; immò nulla est, quæ plurima rigidiora non contineat. Sanè, ut accutè discunt P. Teril. n. 15. an non opinari, an aliquid ageret, quam quod certè probabilis sententia docet esse licitum? Certè licet benigna sententia Confessario plura permittat, non tamen quæ dicit P. Eliz. immò dicitur Confessarium nihil posse agere, nisi judicet prius esse certè licitam, alias operaretur cum dubio; aut contra conscientiam. Quod si Confessarius opinionem aliquam judicet directè falsam, si tamen reflexè judicet certè probabiliter probabilem, potest, juxta eam, commulere: quantum autem hæc distent ab eo, quod nobis imponit P. Eliz. nempe Confessarium nihil opinando, immò opinando oppositum, posse absolvere, nemo non videt.

Demum comparatio nostræ sententiæ cum Ethnicorum sectis loquentibus ad gustum est absona; non enim sectæ illæ abominabiles sunt, quia utcumque permittunt, quæ phœrica, quæ longè benigniora est antiqua, nam permittit nuptias, divitias, esum cuiusque rei, & similia, quorum plurima Hæretici negarunt licita: ergo sicut non omnis severitas, ita nec omnis benignitas juncta est falsitati: ergo sicut ex severitate non licet inferre sententiæ veritatem, ita nec ex benignitate sententiæ falsitatem. Plura alia P. Terillus.

Infero 4. rectissimè animadvertum à P. N. Vasq. 1. 2. disp. 62. cap. 4. n. 13. opinionem non dici communem præcisè à multitudine Doctorum, & quæ,

M. Tap.  
M. Syl.  
Angel.  
P. Sanch.  
P. Azor.

P. Azor,  
M. Tap.  
N.  
249.  
P. Eliz.

quia, ut ait, negare non possumus turbam  
 Doctorum aliquando amplecti unam opi-  
 nionem absque defectu rationum, aut saltem  
 rationibus non tam exacte ponderatis; con-  
 tra quos deinde alius Doctor magnæ autho-  
 ritatis aliquam opinionem mature excogita-  
 tam in Scholis introducere potest. Sed cla-  
 rius P. Sanch. lib. 4. de Matr. d. 44. n. 2. ait:  
 Miror profecto tot tam gravesque Authores  
 levibus invidentes fundamentis hoc adtrue-  
 re. Quare ab illis omnino recedendum est,  
 nam, ut dicitur lege 2. §. sed neque C. de veteri  
 iure enucleando, non ex multitudine Au-  
 thorum, quod melius, & æquius est, judi-  
 cari debet. Item quia, ut ait Menochius de  
 Præsumptione lib. 2. præsumpt. 11. n. 391. non  
 dicitur communis opinio, quæ plures habet  
 DD. eam asserentes, nullâ disputatione præ-  
 milita, sed perfunctoriè, & ut aiunt, per  
 transennam illam sequentes; quod idem ait  
 Alciatus de Præsumpt. reg. 1. præsumpt. 15.  
 n. 15. & optimè Navarr. in Sum. Latina cap.  
 27. n. 289. ait communiorem existimari opi-  
 nionem approbatam à sex Doctoribus ex-  
 professo rem tractantibus, quam à quinquaginta  
 solâ ferè priorum autoritate ductis.  
 Alia plura ad rem præsentem tradit P. Sanch.  
 Hinc colligitur non esse difficile discernere,  
 an aliqua opinio sit certò probabilis: vel  
 enim sermo est de probabilitate extrinsecâ,  
 & tunc satis est, ut sciam Doctores valdè  
 graves eam serio discussisse, & probabilem  
 putasse; maxima autem hominum pars,  
 quia est inepta cognoscere probabilitatem  
 intrinsecam, à solâ extrinsecâ probabilitate  
 dirigitur: vel sermo est de intrinsecâ proba-  
 bilitate; & hæc etiam nõ difficulter cognoscitur,  
 si aut rationes discernantur, aut consen-  
 sus unanimis, & iudicium unanime eorum,  
 qui eam discussurunt, perpendatur: ergo fa-  
 cile est habere certitudinem probabilitatis  
 tam intrinsecæ, quam extrinsecæ. E contra  
 valdè difficile, & sepe impossibile est habe-  
 re certitudinem probabilitatis extrinsecæ,  
 & intrinsecæ; hoc enim iudicium comparati-  
 vum præsupponit longè maiorem notitiam  
 eorum Doctorum inter se, tum rationum inter  
 se, tum ipsorum Doctorum cum ipsis ratio-  
 nibus; sepe enim accidit, ut una opinio sit ex-  
 trinsecè probabilior, & intrinsecè minus  
 probabilis, aut vice versâ sit intrinsecè proba-  
 bilior, & extrinsecè minus probabilis; tunc  
 autem autoritas cum ratione, & hæc cum  
 illâ comparanda est, & videndum quæ cui  
 prævaleat. Hoc autem iudicium comparati-  
 vum quàm impossibile sit habere pro omni  
 omnino operatione, facilè conpicitur.  
 Quare P. Teril. de Reg. mor. qu. 17. n.

12. dividit Fideles inter classes. Prima, &  
 maior pars est eorum, qui nequeunt inter  
 rationes, & DD. graves, nec inter rationes  
 leves, & Doctores parvi momenti discernere.  
 Secunda est paucorum, qui, quia ingenio,  
 & studio pollent, inter DD. & inter ratio-  
 nes discernere possunt. Tertia eorum, qui  
 mediant inter primam, & secundam classem,  
 quatenus sciunt, quinam ex professò tra-  
 ctent aliquam materiam, & etiam aliquo-  
 modo ponderant rationes. Modo inquit P.  
 Teril. quòd secunda, & tertiè classis Fide-  
 les possunt se, & alios iuxta præscriptum be-  
 nigne sententiæ gubernare, quatenus sciunt  
 se non proponere ut licitum, nisi quòd Do-  
 ctōres, quos sciunt esse graves, ut licitum  
 proponunt: rursus doctiores sciunt se habe-  
 re rationem valdè gravem. Prima autem  
 classis Fideles immediatè nituntur autori-  
 tati eorum, qui illis consilium præbent, &  
 certò prudenter cognoscunt, quòd illi Con-  
 siliarij fidem merentur.  
 Porro quæ, & quanta valdè dissona, & a  
 mente omnium ferè Summistarum aliena  
 supponat, & asserat P. Eliz. lib. 1. qu. 9. legi  
 possunt apud P. Teril. qu. 17. qui omnia so-  
 lidè, & clare refutat: neque enim Summi-  
 stæ sunt meri Reflexivæ, aut opinionum  
 moralium Historici, ac viri minimè Theo-  
 logi, ut loquitur P. Eliz. plures enim mag-  
 ni Theologi fuerunt, ut Angel. Sylvest. Angel.  
 Caiet. Toletus, Sanch. & plerique alij ca-  
 suum Collectores non ideo præcisè Summas  
 ediderunt, ut purè scirent quid quilibet sen-  
 serit, sed ut scirent quid sit certò probabile,  
 & quid sit licitum ex mente gravium Do-  
 ctōrum; quique Summistas legit (si Summi-  
 sta sit pius, & doctus, & DD. graves serio  
 evolverit) potest illi turò se credere, nisi ve-  
 limus omnes debere esse Theologos, & co-  
 piofâ insignium Theologorum bibliothecâ  
 prædivites; immò nisi velimus Summistas,  
 qui utique sciunt, quàm periculosam aleam  
 tractent, & Deo suorum librorum rationem  
 daturos suo muneri non satisfecisse, quod  
 utique nec præsumi potest, nec de iisdem  
 inhonorificè loquendum est. Non igitur  
 sunt meri Collectores, nec meri Historici,  
 qui purè referunt, quid alij sentiant, absque  
 eo quòd inter Authores graves, & leves, in-  
 ter rationes solidas, & insolidas discernant,  
 nec sunt ignari scientiæ moralis, etsi non  
 omnes, si muneri suo rectè satisficiant; nec  
 sunt, nec esse debeant eminentes Theologi.  
 Plura P. Teril. l.c. Adde totum hoc dici pos-  
 se de quolibet, qui in unum brevi calamo  
 perstringeret, quòd sibi tutius, & probabi-  
 lius est, ut dicunt Probabiliorista, & Tu-  
 torista;

P. Sanch.  
 Menoch.  
 Alciat.  
 Navar.  
 N.  
 253.  
 N.  
 254.  
 Teril.

Angel.  
 Sylvest.  
 Caiet.  
 C. Tol.  
 P. Sanch.  
 Angel.  
 Sylvest.  
 Caiet.  
 C. Tol.  
 P. Sanch.  
 Angel.  
 Sylvest.  
 Caiet.  
 C. Tol.  
 P. Sanch.

tioris, immo quod sibi verum in re vide-  
tur, ut docet P. Eliz. a quo, sicut etiam a  
Probabilioribus, & Tutoribus, quaro, an  
talis Summissa esse damnabilis?

## S E C T I O VII.

Inutile erit Theologia Moralis studium: immo  
gradum manū adstruimus, alia destrui-

monemus, aliaque absurda, ad destru-

endum Theologiae nostrae nostrae doctri-

nae destructio.

S U M M A R I U M.

Arguit P. D. Thyrsus, quod satis erit pro regula  
conscientiae, notitia pure historica, seu index  
opinionum probabilium, a n. 255. ad 258.

Et quod Probabilista reddat licitum omne, quod  
docuerat ut illicitum, n. 259.

Et quod illicitum erit impugnavit opiniones sa-  
vorabiles, n. 260.

Et quod Probabilista sibi met contradicat, dum  
affirmat reflexe licitum, quod directe negavit  
licere, n. 261.

Retorqueo, n. 262.

Confundit questionem directam cum reflexa,  
ibid.

Si Probabilioritas est necessaria, nemo erit aptus  
confessionibus audientis, n. 263. 264.

A viris T. T. & doctis veritas prius querenda est:  
qua si sit incerta, querenda probabilitas, &  
index ab illis composuit non esset pure histori-  
cus, sed Theologicus, n. 265. 266. 267.

Idiotis consulendum, ne libros morales legant,  
ibid.

Theologia Moralis solis doctis necessaria, num.  
268.

Cognitio probabilitatis diligens Moralis Theolo-  
giae studium supponit, ibid.

Finis imprimendis libros est veritas directa, cui  
directe respondere tenetur, quod si reflexe ro-  
getur, respondebit reflexe, n. 269.

Regulariter opinionis oppositae falsitas (hac enim  
est, quae non est sana) impugnat. Expono, n.  
270.

Nulla in Probabilista contradictio, nam dire-  
cte dicit, Non licet, & reflexe, Probabile  
est licere, n. 271.

An M. Baro nos destruere quod adstruimus, &  
recontra, n. 272.

Laudat nostram praxim, non doctrinam, n.  
273.

Retorqueo, n. 274.

Non licet sequi omnem a se impugnatam, cum  
sape sit improbabilis, n. 275.

Etsi daretur nos destruere, quod adstruimus,

melius nos gerimus, quam Adversarij, n. 276.

O B jectis i. ex P. D. Thyro disputatio, n. 276.

probabilium in occurrit longe probabilioribus,  
readdirunt in iudicium Theologiae Moralis,

et turpitudinem actuum humanorum, &  
mediante ea cognitione dirigi ad sequendum

honestum, & vitandam turpe: sed si quati-  
bet opinio probabilis, stante opposita longe

probabiliori, esse potest regula nostrorum  
actuum; totus finis Theologiae Moralis

berit potest sine eius studio, nempe si histo-  
rico modo habebamus incitem opinionem

probabilium, nam ab his dirigi possunt ad  
recte operandum: ergo si omnis opinio pro-  
babilis satis est ad recte operandum, inutile

est studium Theologiae Moralis.

Confirmat 1. quia assumpto hoc prin-  
cipio, Quilibet opinio probabilis satis est ad  
securitatem conscientiae, poterit quilibet in-  
terrogatus, an hoc liceat, vel non, recitari  
suum catalogum, & videre, num illi casus  
habeat contra se, & pro se graves DD. & si  
ne alio studio dicere, licet, quia ea est in ca-  
talogo probabilium.

Confirmat 2. n. 105. quia hinc sequitur  
numquam consulendos esse Doctores viros,

quoties opinio est inter Auctores contro-  
versa; sed satis erit legere indicem Aucto-  
rum, & sic tanti estimandus erit Tyro Theo-  
logiae, ac Magister sapientissimus; quia ad  
sciendum, quod datur opinio Doctorum  
firmantium contractum aliquem esse licitum,  
necessaria non est scientia moralis, sed  
satis est notitia pure historica, & reflexe  
aliquorum Doctorum placito; adeoque Do-  
ctores vivi unice consulendi erunt de casibus  
extraordinarijs, qui apud Auctores non  
extant.

Confirmat 3. Vel cognitio reflexa, & no-  
titia pure historica de opinionibus probabi-  
libus, quae sunt apud Doctores, sufficit ad  
tuto regulandam conscientiam in omni re,  
in qua datur opinio probabilis, vel non suffi-  
citur? Si sufficit; ergo ad nihil necessaria est  
Theologia Moralis, frustra tantus labor,  
frustra editio librorum. Si non sufficit; ergo  
dici non potest eas opiniones probabiles, &  
multo minus omnes satis esse ad regulandam  
conscientiam.

Confirmat 4. quia Probabilista defendens  
licitum esse sequi quamlibet probabiliam  
nullum assignare poterit finem novos libros  
scribendi in materia morali controversa,  
quancumque enim partem defendendam  
suffici-